

nientes ad divisionem Bonorum Bona ipsa sortiti sunt in modum subscriptum videlicet dictam dopnam Lionoram habeat teneat et possideat de cetero pro quarta sibi competenti in Bonis stabilibus que fuerunt dicti qd. hugonis viri sui Iardenum unum qui fuit dicti qd. hugonis situm prope locum fratrum Minorum de Barolo. Cum domibus puteo palmento curti et aliis edificiis in existentibus et cum introytibus et exitibus pertinentibus et est iuxta locum et domos eorumdem fratrum Minorum in Barolo. iuxta ortum ecclesie sancti vitalis iuxta ortum francisci Rufuli et iuxta viam puplicam qua itur Andriam. Item medietatem pro indiviso in presentiarum petiarum de terra que fuerunt dicti qd. hugonis existencium in pertinentiis Baroli olim Cannarum. videlicet peciarum sex de terra contiguarum capacitatum in semine salmarum Quadraginta unius aut si plus vel minus que fuerunt Iacobi de Nicastro et fratrum suorum cum medietate domus in terris ipsis existentium ultra flumen Aufidi in loco ubi dicitur raptus. iuxta terras domus hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani in Barolo que iuxta terras heredum domini Roberti de caroangelo a duabus partibus. iuxta alias terras que fuerunt quondam Bonelli de dopna cita. iuxta terras heredum domini Bartholomei et heredum philippi de terreno et terras que fuerunt qd. . . . Item medietatem pro indiviso unius pecie de terra que fuit dicti quondam Bonelli dopne cite existentis in eisdem pertinentiis. iuxta dictas terras que fuerunt Iacobi de Nicastro et fratrum eius. iuxta terras domini Roberti de caroangelo et terras Monasterii Sancti Samuelis. Item medietatem pro indiviso unius petie de terra que fuit Laurentii de terreno in eisdem pertinentiis. in loco ubi dicitur Sancta Maria de Raptu. iuxta terras heredum mililli de sire Umfredo a tribus partibus iuxta terras qd. templariorum et terras theotonicorum et si qui alii sunt confines. Et medietatem pro indiviso domus Iardeni et terrarum que fuerunt Iacobi de Lilla in loco Sancti Eustasii iuxta vias puplicas et si qui alii sunt confines. Reservata tamen ipsi Lianore Mulieri tantum Quarta competente sibi predicto iure Murgin-capitis sui. In domo una Magna que fuit dicti quondam hugonis in qua ipse hugo habitabat tempore mortis sue. que est in pictagio Sancte Marie civitatis Baroli. iuxta domum franci de Boiano. iuxta domum domini Iohannis de Sancta cruce prothontini Monopolis et iuxta viam puplicam. Et quarta pertinente sibi in una alia domo que fuit dicti qd. hugonis existentis in Ruba francorum Baroli iuxta domum Risule relicte qd. Risonis Angeli iudicis Gaudii. iuxta domum Monasterii Sancti Stephani et Iaquinte relicte Madii de faresio et iuxta viam puplicam. dictus vero Iohannes de Ylario procurator dictorum abbatissae et conventus Monasterii Sancte Clare de Barolo de cuius procuracione nobis constituit nomine et pro parte dictorum abbatissae et Monasterii in conventu eiusdem Monasterii Sancte clare. et dicte abbatissae et conventus eiusdem Monasterii seu idem Monasterium habeant teneant et possideant decreto pro quarta competente seu legata eidem Monasterio per predictum quondam hugonem in bonis suis stabilibus sitis in Barolo in pertinentiis eius Bona stabilia infrascripta videlicet. Medietatem pro indiviso prescriptarum petiarum de terra sitarum in pertinentiis Baroli domorum et iardeni in eis consistentibus ut dictum est et per fines superius designatos. Quarum reliqua medietas est dicte Lianore pro quarta sua predicta. Item vineas duas et ordines viginti septem aut si plus vel minus sunt existentes in pertinentiis Baroli in loco plani. iuxta vineas Manfridi Arguso. iuxta vineas Pauli de Laurecta. iuxta vineas Raynaldi de Poma. iuxta vineas heredum Mililli de dompna philippa. iuxta vineas